

Latin 202  
ante diem viii Idūs Aprīlēs MMDCCCLXXV A.U.C.

Nathan Owens

Old Dominion University

Spring 2022



① Announcements

② *BG.IV.27*

③ *BG.IV.28*

# Announcements

## Announcements

- Questions? Comments?

## BG.IV.27

Hostes proelio superati, simul atque se ex fuga receperunt, statim ad Caesarem legatos de pace miserunt; obsides daturos quaeque **imperasset** sese facturos polliciti sunt. in **petenda** pace eius rei culpam in multitudinem contulerunt et propter imprudentiam ut **ignosceretur** petiverunt. Caesar questus quod, cum ultro in continentem **legatis missis** pacem a se **petissent**, bellum sine causa **intulissent**, ignoscere (se) imprudentiae dixit obsidesque imperavit; quorum illi partem statim dederunt, partem ex longinquiore locis arcessitam paucis diebus sese daturos dixerunt. interea suos in agros remigrare iusserunt, principesque undique convenire et se civitatesque suas Caesari commendare coeperunt.

## BG.IV.28

His rebus **pace confirmata**, post diem quartum quam est in Britanniam ventum, naves XVIII quae equites sustulerant, ex portu **leni vento** solverunt. quae cum **appropinquarent** Britanniae et ex castris **viderentur**, tanta tempestas subito coorta est ut nulla earum cursum tenere **posset**, sed aliae eodem unde erant profectae **referrentur**, aliae ad inferiorem partem insulae, quae est propius solis occasum, magno sui cum periculo **deicerentur**.

VALETE!